



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De duobus modis mißionis filij, K

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

**E**st mutādo locū, quia in mūdo erat. Quapropter *Ad finē c. s. eusdem.*  
 pater inuisibilis vna cum filio secum inuisibili, e-  
 undem filium visibilem faciendo, misisse eum di-  
 stus est. qui si ita visibilis fieret, vt cum patre in-  
 uisibilis esse desisteret; id est, si in substantia inui-  
 sibilis verbi in creaturam visibilem mutata & trā-  
 siens verteretur, ita missus à patre intelligeretur fi-  
 lius, vt tantum missus, nō etiam mittens cum pa-  
 tre inueniretur. Cū vero sic est accepta forma ser- *Ibidem con-*  
*ui, vt maneret incommutabilis forma Dei, mani-*  
*festum est, quod à patre & filio non apparentibus*  
*factum sit, quod appareret in filio, id est, ab inuisi-*  
*bili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius vi-*  
*sibilis mitteretur.*

*Summatum colligit quæ ex predictis astruuntur.* G

Ex predictis apertè monstratur quod filius mis-  
 sus est à patre & spiritu S. & à seipso; & quæ sit i-  
 ipsa missio, scilicet incarnatio, id est, quod factus  
 est homo, per quod visibilis apparuit: quod est o-  
 pus commune patris, & filii, & spiritus sancti.

*Questio cur dicit, à meipso non veni.* H *con inuo.*

SED ad hoc opponitur: Si filius à seipso missus cap. 5.  
 est, cur ergo ait. A meipso non veni? Ad hoc Aug.  
 respondet in 2. lib.. de Trin. dicens: Hoc dictum  
 esse secundum formam servii, secundum quam  
 non fecit ut mitteretur, id est, non operatus est in-  
 carnationem, secundum formam Dei.

*Vtrum semel tantum missus sit filius, an sepe.* I

HIC quæritur, vtrū semel tantum missus sit fi-  
 lius an sepe mittatur? Si enim missio filii ipsius tā-  
 tum incarnatio est, cum semel tantum incarnati-  
 tus sit, & semel tantum videtur missus. At si sepe  
 mittitur, est & alia eius missio quam incarnatio.  
 Sed quæ est illa?

*Nunquid æterna genitura, missio eius dicenda est, an  
 etiam alia missio querenda est.* K

Ad quod dicimus, quod duob⁹ modis dicitur filius

fili<sup>o</sup> mitti præter illam æternam geniturā, quæ ineffabilis est: secundum quā etiam missus posset dici, vt videtur quibusdam, sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Præter eā ergo, duo b<sup>o</sup> modis dicitur mitti: scil. vel cū visibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum se in animas pias sic trāsfert, vt ab eis percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis modos aperte Aug. distinguit in 4. lib. de Trin. dicens. Non eo ipso quod de patre natus est, missus dicitur filius: sed eo q; ap. la. infernus. paruit huic mūdo, verbū caro factum. Vnde dicit: A patre exiui, & veni in mundū: vel eo quod ex tempore cuiusquā mēte percipitur: sicut dictū est de sapientia. Emitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt tecum sit & tecum labore, id est, doceat te laborare. Et tunq; vnicui q; mittitur, cum à quoquam cognoscitur atq; percipitur, quantum cognosci & percipi potest, pro capitu vel proficiētis in Deum vel perfectæ in Deo animæ rationalis.

Quod secundum alterum semel, secundum alterum sāpe sit missus: & secundum alterum vt sit homo, & secundum alterum vt sit cum homine.

Ecce distincti sunt duo modi missionis filii, & secundum alterum semel tantum missus est Dei filius, secundum alterum sāpe missus est, & mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est, vt sit homo, & semel tantū factum est: secundum alterū vero mittitur, vt sit cū homine, quomodo quotidie mittitur ad sanctos, & miss<sup>o</sup> est etiā ante incarnationē, & ad omnes sanctos qui ante fuerūt, & etiā ad angelos. Vnde Aug. de filio, i. sapientia patris loquens. 4. lib. de Trinit. ait. Aliter mittitur sapientia vi: sit cū homine, aliter missa est vt sit homo. In animas sanctas se trāsfert, & amicos Dei & Prophetas constituit, sicut implet etiam sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis missa est

*Cap. 10. ad  
medium.*

*Ibidem pau-  
la. infernus.*

*Aug. ante  
medium*  
*Cap. 20.*  
*Sapien. 7. d*